



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Aldegundis. 30. Januarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

Diligenter inquire causam tardiorum tuorum, & observabis, ea omnia nasci ex indomitis & immoderatis affectibus tuis. Quæ cupiditates vicit, pacem sibi perpetuam dedit. Cyprian.

S. ALDEGUNDIS.

30. Januarii.

*Qui non accipit crucem suam, &
sequitur me, non est me dignus.*

Christus. Matth. cap. II.

ET si Numen amore omnes omnino animas depereat; fatendum tamen est, non raro etiam illustres ceras apud homines quæsiisse. Ita ALDEGVNDEM è Regia Gallorum stirpe oriundam vox cælo allapsa jussit uni Agno castum thalamum servare; palma interim & veste longè nitidissimâ arthæ loco datis. Ad id ipsum cum Angelus etiam Tutelaris palam visus hortaretur, mater interim jam telam in sindones nuptiales offerret, eâ Neophytos illa vestiit: mox à morte matris concubia nocte, ad suas nuptias in cremum evolavit, castoque flammeo ab Amando Episcopo (quem magno post coruscum splendore, cœlum inter cœlestes vidit subire) involuta est. Ceterum quo

E 5

die

die nova nupta dotem suam vel in templi
vel pauperes dispertivit, etiam has nuptias
probaturum Numen, aquam bibenti in vi-
num vertit. Sed illa, ut pulchriorem se
Sponso suo probaret, multis precibus carci-
noma, velut formæ pigmentum à cælo ex-
torsit. Ultimum ægra, cum è manu D. Pe-
tri manna gustasset, nauseavit ab hinc o-
mnes humanos cibos. Eò igitur à Cælitibus
adventantibus, & inter hos Augustissimâ ex-
li REGINA, deducta est, ubi illis deliciis
quotidie frueretur. Ex Sur, & Lippeloo.

M E D I T A T I O

De triplici gradu Mortificationis.

1. **A**ldegundis aulæ tumultum fugit, ut solitu-
dinis tranquillitate potiatur; respuit volupta-
tes, & divitias, ut imitetur patientiam, & paupe-
tatem Christi. A tanto tempore vocat te Christus
quandonam audies vocem ejus? Hæc Virgo max-
ima superat impedimenta; tu vero minimâ difficul-
tate superaris. Ama JESUM: time infernum, &
tuis vinculis expedieris: nam facile rumpit hac vin-
la amor Christi, & gehenna timor. Hieron.

2. Hæc Sponsa JESU Christi, ubi pleraq; amo-
ris signa sacro sponso dedisset, ab eo etiam atqui
etiam contendit, (Delicatuli, petitionem Aldegun-
dis audite, ut pudeat vos ignaviæ vestræ) conter-
dit

dit [inquam] ut cancero excetas ejus mammas vellet. An simile quidquam adhuc Deum rogasti, tu, qui sanctorum neminem non rogas, ut minimo dolore libereris? Dolores tamen, & labores, sunt blanditiae, & beneficia Christi.

3. Parum erat, delitiis omnibus carere, & acerbissimo dolore cruciari: rogat insuper Deum suum, ut tum cibi, tum potus fastidium inducat: fit voti compos, accepto siquidem à S. Petro manna cœlesti, dulcia quæque fercula fastidiebat. Quid dicis ad hæc, voluptuarie, qui omnem quæris corporis voluptatem? Peto Domine, ut omnia mihi amarescant, ut tu solus dulcis appareas anima mea.

S. PETRUS NOLASCVS.

31. Januarij.

Majorem hanc dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ioan. 15.

S. Petrum genere nobilem, dedit Ecclesiæ Gallia, quo fructu, jam in cunis præsa-
giit examen apum, quod infantis dexteræ favum mellis imposuit, ut è forti duleedi-
nem, & è dulci fortitudinem in Christianos ostend-